

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...**

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,  
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,  
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...  
exhibens

**Carpzov, Benedict**

**Witteberga, 1670**

Qvaestio XII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](#)

## Q Y A E S T I O XII.

*Quænam sit pœna Maritidii, & Vxoridii siue crimi-  
nis parricidii in coniuge commissi.*

## S V M M A R I A.

1. Coniunx coniugem occidendo parricidium com-  
mittit.  
2. Quænam huius delicti pœna n.3. 4. 6. 7. 8. 9. 10.  
3. Major affectio coniugalis est, quam parentum  
erga liberos.  
4. Vir & uxor una sunt caro.  
5. Pœna huius criminis in foro Saxonico quanam?  
num. 18.  
6. Pro expresso etiam habetur, quod in genere di-  
citur.  
7. Rationis identitas eandem facit juris dispositio-  
nem.  
8. In pœniis infligendis sexus ratio habenda est so-  
lum in casibus à iure expressis.  
9. Sententia Scabinor. Lipsen. n. 19. 20. 21. 22.  
10. Pœna sponsi sponsam interficiens. n. 2. 4. 25. 28.  
29. 30. 31. 33. 34. 44.  
11. Solus consensu nuptias facit.  
12. Sponsus & sponsa nomine mariti & uxoris ve-  
niunt.  
13. Pœna Saxon. Iure non expressa, in foro Saxonico  
hanc imponenda est.  
14. De Iure Saxon. matrimonium per copulam Sa-  
cerdotalem consummatur.
36. Ius Saxon. ad matrimonii consummationem re-  
quirit etiam concessionem thori.  
37. Differunt sponalia & matrimonium, persona  
desponsata & coniuges, n. 38.  
38. Non quodvis parricidium cullei supplicio puni-  
tur.  
39. Matrimonium consensu superficitur, copula ve-  
rosacerdotalis consummatnr.  
40. In favorabilius nomine coniugum veniunt et-  
iam persona desponsata.  
41. Sponsus a sponsa nomine mariti & uxoris pro-  
prie non continentur.  
42. Explicatio artic. 45. lib. 3. Landr.  
43. Responsum Scabinorum Lipseniorum.  
44. Quid si sponsus sponsam imprægnatam occidat.  
45. Sententia S. cabinor. Lipseniorum.  
46. Marito licitum est uxorem verberibus castiga-  
re, n. 50.  
47. Vxores etiam quandoq; verberant maritos.  
48. Pœna mariti a viensis in conjugem.  
49. Responsa Scabinorum Lipseniorum.  
50. An ob scavitiam mariti divortium sit permitten-  
dum.  
51. Sententia Scabinorum Lipseniorum. n. 55. 56.

**T**ertius Casus Maritidii & Vxoridii  
concernit, si nempè coniunx conjugem  
occidat. Quam eadem parricidium æque ap-  
pellari, ac si pater filium vel filius patrem in-  
terficiat, extra dubium est. Quæverò pœna  
pro hoc parricidio coniugum imponenda sit,  
ex l. 1. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. decidendum  
esse, vulgo assertur. Attamen sicut huius le-  
gis non uniformis Doctorum explicatio: ita  
nec una eademque sententia, quoad genus sup-  
plicii in hoc delicti genere ab omnibus rece-  
pta est.

Quidam enim verba hæc dicit. 1. 1. Ut pœna ea  
teneatur, que est Legis Cornelie de scariis, ponde-  
randam esse autumant: Quibus si conjungantur  
præcedentia (uxorem virum &c.) sequitur, con-  
iuges se invicem occidentes non pœna ordinaria,  
sed tantum pœna Legis Cornelie de scariis  
qua est gladii, plectendos esse.

Quod ipsum quoque ICtus Modestinus vi-  
detur assertere in l. panaparricidii. 9. 5. 1. ff. eod. tit.  
quando inquit: Qui alias personas occiderint, pra-  
ter matrem & patrem & avum & aviam, quos  
more Majorum puniri, supra diximus, capit pœ-  
na plectentur, &c.

Hinc pœnam gladii pro parricidio in conju-  
ge commisso imponendam esse, tradunt Nicol.  
Boer. decis. 262. n. 2. vers. nam verum est si u. tor.  
Proffser. Farinac. part. 5. crim. quest. 120. num. 131.  
vers. ego tamen &c. Jacob. Menoch. libr. 2. arbitr.  
iudic. quest. cent. 4. cas. 356. n. 79. & seqq. Matth.  
V. Vesemb. in parat. ff. ad Leg. Pompei. de parricid.  
n. 7. vers. ego tamen malum &c.

Quod tamen alii restringunt ad uxorem ma-  
ritum nec antem, ita ut maritus interficiens u-  
xorem pœna parricidii teneatur. Gloss. in §. alia  
6. Inst. de publ. jud. verb. continetur. verb. Item af-  
fines. Decian. tract. crim lib. 9. cap. 11. n. 2. Capoll.  
conf. crim. 5. n. 33.

Contra ex b. l. 1. evincere conantur alii con-  
iuges se invicem occidentes pœna parricidii or-  
dinariâ teneri, eo quod cum filio patrem necā-  
te sub una classe & verborum contextu ponan-  
tur; unde videtur sequi, eadem pœna, quæ filius  
patrem occidens tenetur, parricidium quoq; in  
coniugem perpetratum vindicari: Prout sic in-  
ferunt Hostiens. in summ. de his qui fil. occid. n. 1.  
vers. scilicet uxore viro Matth. Berlic. part. 4. concl.  
7. n. 43. Iodoc. Damhoud. in prax. crim. c. 87. n. 1.  
post pr. Petr. Plat. in epit. delict lib. 1. cap. 22. n. 30.  
Azo in summ. C. de his qui par. occid. Decian. in  
tract. crim. lib. 9. c. 11. n. 12. & seqq. Anton. Gomez.  
de delict c. 3 n. 3.

Etsi verò horum sententia verissima sit, neu-  
tiquam tamen ea ex d. l. 1. ff. ad L. Pompei. de parricid.  
probari potest. Etenim si exinde, quod sub  
uno verborum contextu ponantur coniuges  
invicem se occidentes cum filio necante patre,  
argumentari liceret, omnes istas personas par-  
ricidi pœna ordinaria teneri, sequeretur exin-  
de etiam hoc, quod fratrem, sororem, patru-  
lem, consobrinum, privignum, &c. omnesq;  
illas personas, quarum ibidem sit mentio, oc-  
cidens indifferenter simili pœna plectendus  
sit, quod tamen falsum esse quivis faciliter  
concellet.

Minus

Minus verò hāc. l. i. sententia Boer, Farinac.  
VVesemb. & aliorum existimantium coniuges se invicem necantes poenā gladii puniendo esse, fulcira est. Cū JCti Marciani mens solummodo fuerit definite, à quibus & in quos parricidium committatur, simulque innuere, parricidium ultimo supplicio puniri, ac poenā utramq; Legis Pompeiæ de parricid. & Legis Cornel. de licar, esse mortis naturalis, licet diverso supplicii genere ac modo irrogetur. Hucq; sensu genuinū d.l.i. esse, testatur Glosa, in verb. pœn. Hostiens. in summar. de his qui fil occid. 2

9 Neq; etiam ipsis suffragatur l.pen §.i. ff. eod. tit. Quia ibidem personæ quedam exempli causā solummodo referuntur, alias verò personas, in quib⁹ par ratio est, excludi, tantum abest, ut potius cædem sententia legis comprehensa videantur, prout sentit Accurs. in d.l.pen §.i. verb. & aviam.

10 Existimo itaque posteriorem seu veriorem sententiam, quod nempe pro parricidio in cōiuge commissio poena parricidii ordinaria imponenda sit, probari posse ex l.an. C.de his qui par. vel liber. occid. ubi regulaponitur, omnes nimirum parricidii poena puniendo esse, qui parentis, aut filii, aut omnino affectionis eius, quæ nuncupatione parricidii continetur, fata preparaverunt; Cū ergo affectio coniugalis nūcupatione parricidii quoq; contineatur, juxta l. i. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. neq; hoc parricidium ab hāc regula ullibi exceptum reperiatur, utiq; & eadem poena coercendum erit.

11 Præsertim cū maior sit affectio coniugalis, quam parentum erga liberos & vice versa, iuxta cap. admonere 33. q. 2. Vir namq; & uxor adeo coniuncti sunt, ut una caro censeantur, & os ex ossibus, ut dicitur Genes. 2. & Matth. 19. idēc iam non sunt duo, sed una caro. Inquit Salvator, Marci 10. & Paulus ad Ephes. cap. 5. Dicuntur quoque coniuges socii humanæ & divinae domus. adversus, C. de crim expil. heredit. Anton. Gomei, tom. 3. variar. resolut. cap. 3. nu. 3. Tiber. Decian. dict. cap. 11. num. 5. Quidigitur mirum, coniuges se invicem dolosè necantes eadēm poenā teneri, quā puniuntur parentes occidentes liberos & vice versa, inter quos tamen minor est affectio.

12 Ideoque & hāc opinio placuit D. Augusto Electori Saxonie constituenti, ut coniunx coniugem interficiens, cum cane, simiā vel eius loco fele, gallo, & serpente, culco insutus in aquā conicetus suffocetur, part. 4. Const. in verb. Oder aber auch die Eheleute eines das ander höflichen thate ermorden und umbringen &c.

Quæ Constitutio de conjugibus indistincte accipienda, sive maritus uxorem, sive contra haec illum occidat. Et si enim ut antea dictum, Cæpoll. in cons. 5. n. 33. existimaverit, non æquè parricidium committi ab uxore in maritum, sicut à marito in uxorem, allegando glossam in §. alia, in verb. continetur. Inst. de publ. indic. cui consentit Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 11. n. 2. Contrarium tamen, quod & ab uxore in maritum parricidium (quod in specie mariticidium appellatur) committatur, & poena culci ordinaria coeretur, longe verius est.

Tum, quia prædicta Constitutio Elect. 3. part. 4. generaliter de conjugibus loquitur in verbis: Die Eheleute eines das ander/ adeoque etiam de uxore interficiente maritum: cū certum sit, etiam id haberi pro expresso, quod in genere dicitur, gloss. in l. fin. verb. specialiter, C. quod cum eo qui in ali pot. Bartol in l. heredes 1. n. 7. vers. ego dixi & ideo dico circa hoc. & c. ff. de vulg. & pupill. subst. Alex cōs. 75. n. 11. vers. sed Iudau & c. & paulo post n. 13. ver. alind est enim omnino omnissimum esse & c. lib. 5. & cons. 20. n. 10. ibi: confirmantur predicta quia posito & c. lib. 6. Andr. Tiraquell. in legib. connub. gloss. 7. in verb. express. n. 87. & seqq.

Tum, quod eadem sit ratio in uxore occidente maritum, quæ est in marito interficiente uxorem, utroque enim casu contra affectionem coniugalem peccatur; identitas autem rationis eandem facit iuris dispositionem, l. illud 32. ad leg. Aquil. hi soli. 7. §. actionem. 2. C. de revoc. donat. c. inter corporalia 2. vers. unde cum non sit. extr. de translat. Episcop. glossa in l. cum certum. 19. in verb. aequitatis ratio C. ad leg. Falcid. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 38. vers. & est in prompruratio & c. Andr. Tiraquell. in reg. cessante causā. part. 1. num. 156. ibi: idq; est quod vulgo dicimus & c. Modest. Pistor. conf. 16. n. 13 ibi: vulgatissima enim est iuris regula & c. lib. 1. Neq; imbecillitas sexus muliebris hoc casu ob atrocitatem delicti veniam meretur, cum nil quicquam hac de re in iure expressum sit; In penis 16 autem infligendis sexus ratio habenda solum in casibus à iure expressis. l. fin. C. de iur. & fact. ignor. Alex. in l. si quis id. n. 10. vers. & ibidem. ff. de iuris dicti ubi & Dec. c. 34. vers. ultimo notandum. Tiraquell. de pœn. temp. caus. 9. n. 5. in fin. iunctu iis quasi ripis in caus. 11. n. 23. Bero in cap. super literis, in repet. nu. 64. derescriptis. Ripa in tract. de pest. tit. de remed. preservat. cont. pest. n. 245. Et sic Const. Elec. generaliter quoque intellexerunt Scabini dictantes pœnam culci, vel deficiente copiâ fluminis, supplicium Rotæ, non solum visitis, qui uxores occiderunt, quod crimen in specie vocatur Vxoricidium, quo casu hanc pœnam obtinere nemo hodiè dubitat.

Velati responderunt Nach Lauchstädt 1 An 17 Schöffer / M. Jul. An. 1584.

Mügeln / An Richter und Schöppen / Mens. Mart. An. 1598.

Kempniß / An Richter und Schöppen / Mens. Aug. An. 1599.

Arnshang / An Schöffer / Mens. Inl. An. 1603.

Grimm / An Schulenverwalter / Mens. Oktob.

Anno 1603.

Schleidis / An Schöffer / M. Jun. An. 1606.

Leipzig / An Schöffer / M. Novembr. An. 1615.

Colditz / An Schöffer / M. Aug. Anno 1619.

It. Versus Wiesenburg / Ad cōsultationem Pauli Schöffers / M. Mayo, Anno 1619.

Ad cōsultationem Melchioris à Löwen / Mens. Januar. Anno 1622.

Versus Walbach / Ad cōsultationem Sculpetti, & Mens. Jun. Anno 1621.

Meissen / Ad cōsultationem Questoris, Mens. Aug. Anno 1622.

Wurzen / An Schöffer / Mens. Mayo, Anno 1623.

- 18 Sed, & uxoribus necantibus suos maritos absq; discrimine, an solæ, an verò suauis & auxilio aliorum (cum quibus antea Venerem illicitam sub spe matrimonii post obitum maritorum contrahendi, exerceuerunt, quod haud raro accidit) parricidium hoc, quod vulgo Mariacidium appellari solet, perpetraverint.
- 19 Pronunciantibus in hunc modum Dominis: hat v. A. in schäfferfrage belant/ daß sie 14. Tage nach einander in willens gehabt ihren Mann umzubringen/ ihn auch hernach an einem Sonntag/ wie er im Bett gesessen/ mit einem Waschbleu/ damit sie gemandelt/ in den Nacken geschlagen/ daß er ins Bett gesunken/ und daß sie ihm den Hals vollend umgedrehet/ und es hat sich an dem todten Körper/ als derselbe wieder aus dem Grabe/ darin er vorhin gelassen/ gejogen und beschützt worden/ befunden/ daß der Kopf daran gewackelt und geschlappet/ So möchte sie wegen solcher an ihren Ehemann begangen genemorath zusammen einem Hund/ hahn/ Schlangen/ und Käfern an statt eins Affen/ in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworfen und ertränkt werden. D. R. W. Ad Consultationem Inducti oppidani Grimmenensis, Mens. Jun. Anno 1612.
- 20 It: hac C. B. bekant/ daß sie mit P. A. einem ledigen Gefelle gebrückt/ daranff sie sich bende verglichen ihren Ehemann umzubringen/ und hernach einander zu ehlichen/ und als A. ihren Ehemann im Bett erwöger/ ist sie darüber gewesen/ hat auch nachmals den todten Körper weggeschafft delffen/ &c. So möchte sie samt einem Hund/ hahn/ Schlangen/ auch einer Käfern an stadt eines Affen in einen Sack gesteckt/ ins Wasser geworfen und ertränkt werden. D. R. W. Ad Consultationem Praefecti Kochlensis, M. April. Anno 1624.
- 21 Eadem pœna dictata fuit M. K. sua fñ & ope alterius maritum suum necauit. Versus Hain Ad Senatum, Mens. Jul. 1594.
- 22 Pariter pronunciatum in casu simili versus Boitberg / An Schöffer / Mens. Jun. An. 1625.
- 23 Idq; minus dubium habet in coniugibus se Q. I. Quā invicem necantibus. sed quid iuris in sponsopœna ple- savè si nempe Sponsus Sponsam, vel contra bacillum datus sit occidat, anne & pœna parricidij ordinaria, Culei sponsam nimurum vel Rota, deficiente copia fluminis ad hunc juā inter casum extendenda erit?
- 24 Rationem dubitandi moverit I. l. 3. ff. ad Leg. Porpei. de parricid. ubi JCtus Marcius dicit sed & noverca & sponsa persona omissa sunt, sententiā tamen legis continentur. Et l. 4. seq. haec verba habentur: Cum pater & mater sponsi, sponsa, socrorum, ut liberorum sponsi, generorum appellatione continentur, unde concludit glossa in verb. qui pari. Sponsum sponsamve hoc casu non minus ac coniuges pœnae parricidij ordinariae subjecere.
- 25 2. Præsertim cum inter sponsum & sponsam verum sit matrimonium sive conjugium contractum, quia de consensu per verba de presenti constat, licet deductio in domum, benedictio sacertodalis, copula carnalis, aliaque pompa & nuptiarum celebritas non fuerit subsecuta; solus enim consensus nuptias facit l. nuptias 30. ff. dereg. iur. l. cum hic status 32. §. si mulier. 13. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. si donationum 22. C. de nupt.
- 27 3. Hinc & appellatione uoris venit sponsa, quemadmodum & sponsus mariti nomine continetur; iuraque in uno loquientia locum quo-

que habent in altero. l. si sponsa ff. de iur. dot. l. Lex Iulia ff. de fundo dotal. l. item apud § sponsum ff. de iniur. l. si uxor. §. divisor & §. minor. ff. Ad Leg. Iul. de adult. l. non sine, C. de bon. quæ liber. l. assiduis. §. 1. C. qui pot. in pign. hab. l. 2. §. si sponsa C. de priv. creditor. Et quod disponitur de nuptiis habet & locum in sponsalib, ut est tex-tus in l. tutor. §. 1. oratio ff. de sponsal. l. in sponsalibus §. 1. ff. eod. l. cui fuerit ff. de condit. & demon-strat. gloss. in l. ea que ff. ad municipal & L. eum qui duas C. de adult. Bartol. in l. cum pater. ff. ad Leg. Pompei de parricid. & in l. nihil interest ff. rer. amotar. Bald. in l. de nobis 42. C. de Episcop. & Cler. col. 3. num. 7. vers. sed iuxta hoc pone. Dom. Cardinal. Tusch. tom. 7. præct. conclit. S. concl. 51 n. 58. Anton Natta conf. 182 n. 1. seqq. Nicol. Boer. decis. 22. nn. 33. & seqq. Alber. Genit. tract. de nup. lib. 2. cap. 23. post pr.

4. Idemq; ferè habetur in Jure Saxon. Landr. 28 lib. 3. art. 45. post pr. in verb. Der Mann ist auch Bormundt seines Weibes zuhandale sic ihm getrauet wird. Vbi expressè infertur, quod ad matrimonium non requiratur benedictio sacerdotalis aliajè festivitas aut solennitas, sed sufficiat despontatio. Quia ergo parricidii pœna in coniuges se le invicem occidentes constituta est, eandem quoq; in sponsa & sponsa, qui quævè nomine coniugum veniunt, & inter quos matrimonium seu coniugium contractum est, obtinere dicendum videtur.

Et ita communiter statuunt Doctores, Pro. 29 sfer. Farina, part. 4. crim. prax. quæst. 120. nn. 132. ibi: ampha 19. Matth. Berlich part. 4. concl. 7. n. 51. Jacob. Menoch. lib. 2. arbir. quæst. cent. 4. cas. 356. n. 85. ibi: extenditur primo Bartol. in l. cum pater. 4. ff. ad Leg. Pompei. de parricid. nn. 1. Tiber. Decian. in cræct. crim. lib. 9. cap. 11. nn. 1. Petr. Plach. in ep. delict. lib. 1. cap. 22. n. 31. Juxta hanc quoque sententiam Veteres Scabinos sponso cuiquam H. S. qui sponsam à se prius imprægnatam breviante nuptias, post factam proclamationem occiderat, pœnam culei dictasse repetitio Versus VVittebergam ad consultationem Praefecti. Mens. Mart. Anno 1583.

Verum enim verò ab hac opinione divorti- 30 um facit Matth. Wælemb. in parat. ff. ad Leg. Vera au- Pompei. de parricid. l. 9. vers. sed cum hoc tantum ff. sit & c. existimans, hoc in casu non ordinariam " paricidii, sed legis tantum Cornelie pœnam " obtinere. Cuī sententiam licet opinioni com- " muni contrariam, ut mitiorem, ita & veriorem ac juris magis consentaneam esse, afferere haud vereor.

Præsertim, namque indubitati juris est, hanc pœnam parricidii crudelissimam ac atrocissimam esse, adeoque ad casus in iure non expref-sos neutiquam extendendam, cap. statutum 22. extr. de elec. in sto. Cornua conf. 11. 4. col. 2. sublit. H. vers. cum pœna sint restringenda & c. lib. 1. Iacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quæst. 136. n. 17. Jacob. Menoch. de presump. lib. 6. præsumpt. 4. nn. 33. ibi: idem in pœnalibus & c.

Præsertim in ditionibus Saxonis, ubi pœnam, quæ Saxonum Jure expressa non sit, alicui imponi posse aut debere, negat Glossa in Landr. lib. 3. artis. 84. in verb. Tödet ein Mann sei- nen

## De Poenâ Maritidij & Uxoricidii.

57

**n**en Herrn / nu. 3. vers. Es sagen aber andere &c.  
Jam verò hoc casu, quo sponsus spontam, aut  
contra hæc illum necat, poena parricidii delin-  
quentem puniri debere, nulli in Jure. nec Civi-  
li, nec Saxonico expressum reperitur, adeoque  
nec temerè hoc asserendum, nec poena illa ri-  
gorosa ad hunc casum extendenda est.

**33** Quod si quis obliter, poenam parricidii hac  
ratione ne quidem in conjugibus sese invicem  
necantibus obtinere, cum in l. un. C. de his qui  
par. vel liber. occid. & §. alia deinde lex. 6. inst. de  
publ. judic. in quibus textibus de poena parrici-  
dii ex professo agitur, tantum parentum & libe-  
rorum, non etiam coniugum fiat mentio: Huic  
respondeo, præterquam in ditionibus Saxonis  
in coniuges se invicem occidentes poena parrici-  
dii expressissima sit constituta in Constit. E-  
lect. 3. part. 4. etiam in d. l. un. & §. 6. Inst. de  
publ. judic. vix negari poterit, coniuges com-  
prehendi sub verbis: Aut omnino affectionis eius,  
que nuncupatione parricidu continetur &c. id est,  
ubi similis est affectio: Inter coniuges autem  
maiorem affectionem esse, quam inter paren-  
tes & liberos, eò quod facta benedictione facer-  
do tali & consummato sic matrimonio una sint  
caro, antea dictum & etiam verissimum est. De-  
cian. tract. crim. lib. 9. cap. 11. nu. 5. Anton. Gomez.  
de delict. cap. 3. n. 3. vers. item etiam &c.

**34** Secundò: Bene notandum, quòd in Constit.  
Elect. 3. part. 4. (ad quam in terris hisce Elektoratus  
Saxon. quoad poenam parricidii infligen-  
dam unicè respiciendum est) tantum parentū,  
liberorum, & coniugum mentio fiat, in verb.  
Da es sich hinsüro beigebe / daß die Eltern ihre  
Kinder / oder die Kinder Ihre Eltern / oder aber  
auch die Eheleute eines das ander bößlichen thäte  
ermorden &c. Sponsus autem & sponsa coniugis  
non sunt, neq; inter eos coniugium seu ma-  
trimonium revera contractum est; Jure namq;  
Saxonico matrimonium per copulam Sacerdo-  
talem consummatur, ita ut solā despousatione  
ante sacerdotalem benedictionem consumma-  
tum coniugium seu matrimonium non sit, pro-  
ut hoc probatur expressis verbis in Cōst. Elect.  
2. part. 2. ibi: Das von Zeit der vollzogenen Ehel  
und also wenn der Kirchgang geschehen &c. Quæ  
verba etiam repetuntur in Novo process. iudic.  
tit. 43. vers. Welch der Weiber Recht. &c.

**35** Imò ad consummationem coniugii ultra  
copulam & benedictionem sacerdotalem, etiā  
concessionem thori videtur requirere Jus Sa-  
xon. in Landrecht lib. 1. art. 45. vers. Und tritt in  
sein Recht / wenn sit in sein Bettetritt / & vers.  
Das Weib ist auch ihres Manns Genosßen! Art.  
76. vers. Hat aber die Frau einen andern Mann:  
Gloss. lat. ad text. german. Landr. lib. 3. dict. art.  
45. lit. E. Beust. ad l. 1. ff. de iure iur. n. 166. & in l.  
admonendi 31. ff. cod. n. 957. Auth. consult. Constit.  
Saxon. tom. 1. part. 2. quest. 34. num. 5. & seq. tom.  
2. part. 2. quest. 25. n. 1. & seqq. Zobel. part. 3. diff.  
11. n. 3. & seqq.

Hinc receptum, si sponsus vel sponsa mori-  
tarante concessionem thalami, ex bonis eius  
superstitiū nihil lucrari, scilicet, quòd nondū  
sit consummatum matrimonium. Constit. Elect.  
19. part. 3. ubi Daniel Moller. Schneidvvin. in §.

fuerat, nu. 109. Inst. de action. Matth Coler. decis.  
286. n. 24. part. 2.

Tertiò de Jure quoque Civili, aliud esse ma-  
trimonium & aliud sponsalia, neque Constitu-  
tionem loquentem in matrimonio habere lo-  
cum in sponsalibus, probatur ex L. in eo jure. §.  
hoc cap. ff. de rit. nuptiar. Panorm. in cap. 1. col. pen.  
de post pralat. Iason. in l. cum quidam col. 3. vers. 4.  
ff. de liber. & posthum. & in l. 2. ff. de iurisd. Hipp.  
de Marsil. in l. is quiccum telo. n. 39. C. de siccari.

Aliud idem maritus est, aliud sponsus l. 1. §. & 38  
primum. ff. pro dote, aliud quoq; uxoris, aliud spō-  
sa, l. sanctius. C. de nupt. nec venia altera appella-  
tione alterius. cap. tertio loco, exir. de presump. Et  
in sponsa non est matrimonium. l. quod Servius  
ff. de condit. ob caus. Nam & sponsus est maritus  
futurus, & sponsa uxor futura. l. 1. cum seqq. ff. de  
spōs. At quod est futurum, nondum est, l. &  
qua nondum ff. de pignor. Bald. in lib. 1. in 2.  
question. C. u. de vir. & uxor. ubi etiam Paul. Castr.  
Corn. & alij. Andr. Tiraq. in legib. connub. gloss. 2.  
verb. en pouvoir de son mary. 8. n. 9. Hartwig.  
Dassel in consuet. Luneb. art. 8. n. 9. Nicol. de Bald.  
in tractat. de success. ab intest. part. 4. n. 4. Conrad.  
Mauser. in tract. de nuptiis post pr. vers. unum ta-  
men debit. &c. pag. 305. Salycet in l. cum in te. 6. C.  
de donat. ant. nupt. n. 4. ubi longè lateque & sub-  
tiliter hanc rem tractat.

Neque argumenta suprà adducta tanti pon-  
deris sunt, ut sententiam hanc VVesembii c-  
vertere queant. 1. Etenim ex l. 3. & 4. ff. ad Leg.  
Pomp. de parricid. nil aliud probari potest, quam  
quòd sponsus & sponsa sub Lege Pompeiā de  
parricidis continentur, & parricidium ab ipsis  
comittatur, si sponsus sponsam, vel contra hæc  
illum interficiat, id quod procul dubio verissi-  
mum est; Exinde tamen non sequitur, quòd sta-  
tim poena parricidij ordinaria eo casu obtineat,  
etenim non quodvis parricidium hac poena  
coercendum est, nisi quis occisorem quoq; fra-  
tris, sororis, aliorumve consanguineorum huic  
supplicio supponere velit, quippe qui parrici-  
dium & quæ commisit, l. 1. & 11. seqq. ff. ad Leg.  
Pompei. de parricid. quod tamen absq; vitio ab-  
surdissimi nequit.

Ad 2. argumentum Resp. Etsi inter spōsum &  
spōsam matrimonium contractum sit, juxta l.  
30. ff. de reg. iur. nō tamen istud ante copulam sa-  
cerdotalem consummatum est; perinde ut em-  
ptio venditio nudo consensu perficitur, tradi-  
tione demum consummatur, veluti Doctores  
triplicem perfectionē venditionis faciunt, vid.  
VVesemb. ad tu. Inst. de constr. emp. Et quicquid  
etiam sit de Jure Civili, matrimonium Jur. Sax.  
in ditionib. præsertim Elekt. Sax. copulā sacer-  
dotali consummari antè probatum est, ex  
Const. Elect. 4. p. 2. & Nov. process. jud. tit. 43.

Neque obstat, quòd sponsus nomine mariti,  
& sponsa vocabulo uxoris quandoq; comprehendatur.  
Quia hoc tum deum obtinet, quâ-  
do de favore spōsi vel spōse agitur. l. non sine  
C. de bon. quæ lib. Petr Heig. part. 2. q. 28. n. 35. Dan.  
Moller. ad Constit. Elekt. 19. n. 7. part. 3. adeuoq; in  
præludicium vel odium spōsi & spōse præ-  
sertim in pœnalibus hoc neutquam est trahen-  
dum Bald. in conf. 184. lib. 3. Tiraq. d. gloss. 2. n. 25.  
Dein-

Deinde appellatione mariti & uxoris non propriè continetur sponsus & sponsa, sed ex quādam interpretatione. *I. oratio ibi: Vt suppletur, quod orationi deceat, & ibi Bald. ff. de sponsal.* Propriè enim loquendo sponsus à marito, & sponsa ab uxore maximoperè differt, ut probatum *supra fundam. tertio.* In poenis autem atrocissimis extra proprietatem verborum extensio fieri non debet. *interpretatione 42. ff. de pœn. l. 1. §. 20. vers. non igitur dubia. ff. de exerc. act. cap. odia de Regul. iur. s. 60.*

**43** 4. Nihil denique obest text. in *Landr. lib. 3. art. 45. in verb.* Der Mann ist auch Vormund seines Weibes. Quia ibidem agitur de tutela, quod nempè mulier statim, ubi viro desponsata est, translat in eius tutelam ad hoc, ut vir eam contra iniurias defendere queat. Imò contrarium probatur ex textu, in verbis: *Zuhand als ist ihm getrauet wird/ quod accipi potest de copulatione facerdotali, quæ sit in templo.*

**44** Adeoq; secundum *Wesembec. dict. num. 9. vers. sed cum hoc &c. in casu quo sponsus sponsam, vel contra hæc illum occidit, non ordinaria parricidii, sed tantum Legis Cornelie pœna, quæ est gladii, obtinebit. Quam sententiam longè verillimam esse arbitror, addito tamen in exemplum & terrorem aliorum majoris alicuius reatus judicio; veluti ut *Cadaver Rotæ affigatur: vel etiam delinquens ttahæ illigatus ad locum supplicij raptetur, juxta Constit. Elect. 3. part. 4. in fine.**

**45** Hanc sententiam sequuntur Scabini in respondendo; *Veluti sic pronunciarunt Quæstori Coldicensi in casu, quo C.K. sponsa facta jam in templo proclamatione tertii vice, sponsum suum veneno necaverat: So möchte sie wegen solcher begangenen und beständten Mordthat/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft/ und nach vollbrachter execution andern zum Exempel der Körper auf ein Rad gelegt und geflochten werden. B.N.W. Mens. Aug. Anno 1612.*

**46** Hoc in tantum verum est, ut ne quidem in casu, quo sponsus sponsam ante copulationem ecclesiasticam à se imprægnatam occidit, ordinariam parricidij poenam locum habere, existimet;

Tum, quod ante copulationem ecclesiasticam revera matrimonium in ditionibus Saxonis nō sit consummatū, *Conf. Elect. 2.4. part. 2.*

Tum quod sponsa, licet eam sponsus non expectat ecclesiastica copulatione cognoverit, ante copulam fæcialem pro conjugi reverâ non habeatur, neq; iure uxoris in successione sponsi defuncti gaudeat, *Reinh. in add. ad Dan. Möller. Conf. Elect. 19. n. 6. part. 3. Frider. Pensold. in addit. ad Coler. decis. 286. n. 23. 4. part. 2.*

**47** Pronunciarunt ita Domini Scabini ad consultationem Nobilium à Wölfersdorff, quum H. S. sponsam à se imprægnatam aquis submergendo suffocaverat: So möchte er von wegen solches an seiner Braut/ so von ihm schwanger und bei Geburt nahe gewesen/ (also dass sie der Wehemutter Bericht nach nur 8. Wochen zur Geburt/ auch bereit Milch in Brüsten gehabt/ ) begangen und bekannten Mords/ anfanglich zur Fernstadt geschleift/ und folgend drauff mit dem Rad vom Leben zum Tode gestrafft/ und gerichtet werden. B.N.W.

*M. Mayo, An. 1610. Quæ in sententiâ pœna exasperata & supplicium Rotæ dictatum fuit propter ea quæ cum matre partus vitali interierat.*

Cæterum, quæ de pœna parricidii ordinatiâ, *Q. 2. 45. &c.* in maritos uxoris impias manus inferentes quatenus constituta modo diximus; hæc non è extendē marito lida sunt, ut mariti uxores nullatenus verberare citum sit ac castigate queant. Quamvis enim ut *Cato di- uxorem ca- stigari?* vebat, teste *Plutarcho in ejus vita uxores & filios verberantes dicantur quasi in Deorum templis manus inferre, atque id pro impiis habendi; maioriq; laude putet Cato cum, qui se bonum maritum exhibit, quam qui in ordine Senatum magnus habetur.*

Attamen cum & uxores non desint quæ maritos verberant & viris dominantur, ut inquit *Cyn. in l. 2. C. de testib. & Hostiens. in summ. rit. de jurejur. §. quomodo censeatur, vers. sed cum me- tus &c. certe si hoc imperium, hancq; iniuriam mariti verberib; non repellerent ac referrent, vecordes & viles atque hominis nomine indi- gni essent, ut loquitur Alexand. Conf. 156. col. 3. vers. quos etiam deridet Cynus post. Petr. de Bella- pert. Eosque maritellos vocat Bald. in l. Curato- rem C. de interdict. matr.*

Ideoque maritus ex potestate quam habet in uxore, eam optimo iure castigare potest. *Gloss. in l. sed & si quemcunq; fin. in fin. ff. ad Leg. Aquil. ubi allegat ad hanc rem l. si constante matrimonio 24. §. simaritus 5. ff. solut. matrim. gloss. in vers. suffi- cere, in §. quia vero quadam mulieres. in Aut. ut lic. mat. & avi. gloss. & Dd. in c. quemadmodum, de jurejur. Gaudi: in tract. malef. init. de pœn. reor. Ti- ber. Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 11. n. 14. Bald. in l. filius. C. de patr. potest. & in l. nec patronis C. de oper. liber.*

Quod tamen de moderata castigatione accipi velim, iuxta l. 2.4. §. 5. ff. solut. matr. sciant namque mariti, quod sicut horrendum & ignomi- niosum est uxore occidere, ita & vile, eam absq; causa sufficienti verberare, *Gloss. & Panorm. in c. quæ admodum de jure jur. Decian. dict. 6.11. nu. 14.*

Quinimò si in excessu peccent mariti, non solum carcere relegatione, quandoq; etiam fu- stigatione pro arbitrio iudicis & ratione exces- fus ac saevitiae puniuntur.

*Quemadmodum pœna arbitria Carceris, vel uxore suæ pecuniaria ob saevitiam marito dictata fuit, Ad 52 Senatum Pegaviensem, Mens. Decemb. An. 1565.*

*It versus Halam, An Rathmanne/Meißner der Innunge/ und Gemeine/ M. Decemb. An. 1596*

Sed & divortium quoad thorum & mensam probatâ saevitiae hoc casu concedi potest, *Ioach. à Beust. de spons. & matr. part. 2. cap. 9.* Non enim, solum præterita saevitia, sed etiam timor futuræ saevitiae attendi debet, ut notant. *Canon. in cap. literas, de ref. spol.*

Antequam verò iudex ad divortium hoc ca- su perveniat, omnibus modis laborandum, an mulier remedio cautionis provideri possit; nec & quando faciliè ad separationem properandum est, *Pa- ob marisi norm. in d. c. literas Beust. dict. loco.* Ubi duo po- divortiū consideranda veniunt: 1. An mari- supermit- tus cautionem sufficientem præstare possit. 2. *tendum* An uxor cautioni de nō offendendo stare velit.

Sic-

*Si enim alterutrum deest, ita ut vel maritus cau-*  
*tionem præstare nequeat, vel etiam uxor non*  
*persuaderi sibi patiatur ut cautioni fidat, & ad*  
*maritum revertatur, judex eam cogere nequit,*  
*sed divortium omnino permittendum est.*

54 *Velut ita pronunciarunt Scabini versus Grati:*  
*So ist gemeldet P.S. seinem Weibe gnugsame causā*  
*dass er derselben hinsüro mit Vernunft und gebüh-*  
*render Bescheidenheit bewohnen wolle/ und dass sie*  
*sich nichts thätliches von ihm zubefahren haben sol/*  
*zubestellen schuldig / und uffn fall solche caution ges-*  
*bärlichen zubestellen / und anffzubringen nicht ver-*  
*möchte/ oder das Weib über alles vermahnen und*  
*zureden damit nicht zufrieden sehn wolte/ würde sie*  
*zu Bett und Tisch von ihm billlich geschieden und ab-*  
*gesondert. Ad requisitionem Dominorum Consistoria-*  
*lium, Mens. Jul. Anno 1626.*

55 *It. Nach Kelbra: in casu quo marito ob sevitia*  
*fuit dictata fustigatio cum perpetua relegatione,*  
*addita clausula: Es wolte dann sein Eheweib ihme*  
*solchen an ihr geübten Frevel verzeihen/ und auff Be-*  
*stellung gnuglamer caution und gerichtlicher Zusatz-*  
*gung/ dass er sich gegen ihr forthin friedlich erzeigen*  
*und verhalten wolle/ ferner Ehelichen bewohnen/*  
*auff den fall bliebe er dem heiligen Ehestand zu Ehrē/*  
*mit vorberührter Straffe billlich verschonet / und*

möchte noch einen Monatlang mit Gefängniß ges-  
strafft werden/B.R.W. Ad requisitionem questoris,  
Msf. Octob. Anno 1606.  
*Simili modo respondimus Presfeldi Gymnasi Electoral.*  
*Misnens. So wird H.R. solcher Begünstigung wegen/ 56*  
*wofern er derselben geständig/ oder überschreitet / 12.*  
*Tagelang mit Gefängniß gestraffet / und ist nach-*  
*mals seinem Eheweibe gnugsame caution/ dass er hins-*  
*üro derselben mit Vernunft und gebührender Bes-*  
*scheidenheit bewohnen wolle / und sie nichts thätli-*  
*ches von ihm zubefahren habe/ zu bestellen schuldig /*  
*darnach ihme unter Tage wird von solchen Ubeln beo-*  
*giannen und se vieren gegen seinem Weibe abzuschéh/*  
*damit er nicht im widrigen fall mit gebührender auch*  
*wol einer Leibes Straff beleget werde / und auffn*  
*faller gebührlicher caution zubestellen / und auffzuz-*  
*bringen nicht vermöchte/ oder aber das Weib über*  
*vermahnen und zureden damit nicht zufrieden sehn*  
*wolte würde sie zu Bett und Tische von ihm abge-*  
*sondert / und were er den also nichts weniger dem*  
*Weibe gebührenden Unterhalt zu reichen pflichtig /*  
*in Verbleibung dessen würde sie in die Gütere ihres*  
*nothdürftigen Unterhalts sich daraus zuerholen /*  
*immittirre und darben billlich geschützt/M. Mart. An.*  
*1629.*  
*Simili ferè modo fuit pronunciatum Pratori Li-*  
*pensi, Mens. Jul. An. 1606.*

## Q V A E S T I O XIII.

De Parricidio in fratribus, sororibus, aliisque consanguineis &  
affinibus commiso, eiusque suppicio.

## S V M M A R I A.

1. Parricidium quoq; in Collateralibus, consanguineis, & affinibus committitur.  
2. Qua si pœna huīa delicti, n. 3. 4. 5. 6. 7.  
3. Pœna huius criminis in foro Saxonico.  
4. Quenam personam haec pœna teneantur, num. 11.  
12.  
5. Quanto arctiori vinculo fratres coniuncti sunt, tanto gravius odium quandoque inter eos exoritur.  
6. Sententia Scabinorum Lipsensium.  
7. Quid iuris in occidente fratri ex uno tantummodo latere sibi coniuncti, n. 16.  
8. Diversitas inter fratres utring, & ex uno tantum latere coniunctos.  
9. Frater ex uno latere coniunctus in successione hereditatis patrum excludit.  
10. Responsum Scabinorum Lipsensium.  
11. Pœna occidentis consanguineos in gradu remoto.  
12. Sententia Scabinorum Lipsensium.  
13. Occidens patrum, avunculum, amitam vel materteram, quo suppicio puniatur?  
14. Responsum Scabinorum Lipsensium.
23. Pœna eius, qui fratri, sorori, & filium filiam uide necat.  
24. Correlativorum eadem est natura & ratio.  
25. Responsum Scabinorum Lipsensium.  
26. Pœna interficiens affinem, n. 29.  
27. Quinam propriè dicantur affines, n. 28.  
28. Sententia Scabinorum Lipsensium.  
29. Ad quem usq; gradum consanguinei & affines se se necantes pœna teneantur parricidii, n. 32.  
30. Explicatio Const. Elec. 3. §. ult. p. 4. n. 34. 35. 36.  
31. Odiosas restringenda potius sunt, quam exten-  
denda.  
32. Observantia Scabinorum Lipsensium.  
33. Pœna occidentis consobrinum, consobrinam uide.  
34. Cōsobrina de Iure Divino in uxoreducere licet.  
35. Sententia Scabinorum Lipsensium.  
36. Pœna hac parricidiū non obtinet, nisi occisor ha-  
buerit animum & propositum occidendi, n. 44.  
37. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 46.  
38. Causa etiam iniusta à dolo & pœna ordinaria aliquem excusat.

Q Vartus denique casus, quo parricidium  
committitur, hic est, si fratres, vel reli-  
qui consanguinei & affines se invicem occi-  
dant; Hic enim omnes parricidium com-  
mittunt, & sub Lege Pompeia de parricidiis  
continentur. Ac quomodo & qua pœna ple-  
tiendi sint, Doctores non minu ac priori casu dis-  
crepant.

Existimant enim nonnulli parricidium hoc  
æquè pœna ordinaria, Culei nimitem, vel Ro-  
ta, deficiente copia fluminis, coerceri; Gloss. in  
§. alia deinde lex. 6. Instit. de publ. jud. verb. conti-  
netur. vers. item collaterales, & vers. item affines.  
Hostiens. in summ. de his quis fil. occider. n. 1. vers. &  
in proximiорibus eius. Iodoc. Damhouder. in prax.  
crimin. c. 87. n. 1. Dom. Card. Tusci. tom. 6. præf.  
concl.